

tibus existentibus in concordia; preterea dicti iudices vel rectores aliquam sententiam vel preceptum aliter quam dictum est facere non possint a media marcha frx. superius. ¶ Salvo quod a media marcha frx. inferius quilibet iudex sive rector possit et valeat audire in iure quamlibet personam coram eis petentem, diffinire pronuntiare et sententiare, prout eis de iure melius videbitur secundum ordinamenta civitatis Tergesti. ¶ Insuper volumus quod nulla testificatio vel recordatio facta per potestatem iudices vel rectores, de aliquibus placitis sive causis coram eis habitis vel ventilatis, ultra tempus ipsorum domini potestatis iudicum vel rectorum valeat nec teneat, nisi reperta esset manu publica scriptura. 5 10

[Cap. XLV.] Rubrica de modo observando in preceptis factis pena tercii pena sacramenti et pena unius grossi pro libra. 15
R.ca.

Statuimus quod si qua persona conveniri fecerit aliquam personam in iudicio occasione alicuius debiti vel alicuius rei mobilis coram dominio Tergesti, // et persona citata comparens in iudicio confessa vel convicta fuerit in iure denarios aut aliam rem mobilem dare debere, ubi instrumenta precepta vel scripture non fuerint, tunc per dominium ei persone confitenti vel convicte precipiatur ad certum terminum sub pena tertii [et] banni comunis ad dandum et solvendum denarios seu rem dicte persone, que(m) eum citari fecerit et conveniri, excepto quam de pane vino carnibus sale daciis comunis pensione domorum aliis victualibus quolibet opere, vel aliis rebus exceptatis secundum formam statutorum civitatis Tergesti, in quibus procedi debeat secundum formam statutorum civitatis Tergesti. ¶ Et si qua persona conparuerit in iure, citando aliquam personam sibi debentem aliquid dare virtute alicuius precepti vel alterius scripture continentis pena[m] tercii et banni comunis, et debitor vel debetrix non solverit debitum ad terminum in dictis precepto vel scriptura contentum, tunc per dominium Tergesti eidem debitori preci- 222 B 20 25 30 35